

quenter eo pro Bosna. Sed in ea non videtur fuisse promulgatum, quia quatuor annis postea, utraque potestas, episcopus et provincialis, ad S. Congregationem de jurium invasione ex utraque parte recurrent. ⁷⁸

Episcopus quidem lamentatur, quod decreta de parochorum nominatione non abserventur; deinde facultatem petit interveniendi capitulo provinciali ratione dispositionis parochorum, etc. — Econtrario autem fratres exponunt episcopum propter Turcarum minas esse oneri et periculo eorum existentiae; ipsum se interno regimini provinciae intrumittere. ⁷⁹ — S. Congregatio servans jura utriusque partis decrevit primo et principaliter, ut serventur decreta alias jam data quoad parochiarum provisionem; ac deinde provisorie concedit episcopo, ut capitulo provinciali sit praesens durante dispositione parochorum ad parochias, sicut prius antecessori suo concesserat. ⁸⁰

Hoc esset ultimum documentum hodie notum ubi episcopi sua jura defendunt. Abhinc Franciscani potius privilegium religiosae exemptionis defendere constricti erunt, quam veterum privilegiorum confirmationem expetere. Sed adhuc unum decretum his annis conscripsit S. Congregatio

liquido patet mens S. Congregationis conservandi independentiam et exemptionem regularium provinciarum etiam sub othomano dominio existentium.

⁷⁸ Archivum Prop., Acta 1658, v. 27, f. 125r, die 11 Aprilis.

⁷⁹ »Mons. Vescovo di Bosna supplica l' EE. VV. che si ordini al Provinciale e frati di Bosna l'osservanza de decreti fatti altra volta dalla S. Congregazione circa le cose sequenti: Primo — Che non possano conferire parochie a frate alcuno senza il consenso et approvazione del vescovo, e quando occorre di rivocarli sotto pretesto delle loro congregazioni, et altra causa, non possano farlo, se prima non sarà sostituito altro sacerdote idoneo col consenso del vescovo, come fù decretato del 1635 e 1645; 2º — »Che ai Capitoli e Congregazioni ove si fa la distributione delle parochie e guardianati, a quali sono congiunte le parochie, non sia impedito d'intervenire il Vicario del Vescovo o altra persona mandata da lui, quando egli sia legittimamente impedito, come fù ordinato per lettere del 1644«. Archivum Prop., Acta 1658, v. 27 f. 125r, 11 Aprilis.

⁸⁰ »S. Congregatio probavit et mandavit omnino servari« (i. e. decreta a. 1635 et 1645); quoad assistantiam in parochorum distributione rescripsit: »Concedatur oratori transumptum litterarum alias expeditarum, quae hic enunciantur«. Archivum Prop., Acta, 1658, v. 27, f. 125r, 11 Aprilis.